

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum remota per intellectum relatione remaneat hypostasis in diuinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. VIII. DE RELATIONIBVS, ART. III.

Vnde concedimus secundum & tertium.

AD QVARTVM dicendum, q̄ relatio & si de essentia diuina non dicatur per modum informationis, dicitur per modum idētatis. Si enim non dicamus q̄ essentia sit generans vel relata, dicimus tamen q̄ ipsa est generatio & relatio: sed ratiōne nominibus essentialibus in concreto significatis relativa dicuntur etiam per modū informationis. Dicimus enim quod Deus generat Deum, & q̄ Deus refertur ad Deum, eo: q̄ idem suppositum intelligitur & relationis & essentiae ostensum est: quānus ipsa essentialia non distinguuntur: Ita remotis relationis in intelligunt nomina essentialia concreta, non distincta, quā per relationes relativa dicuntur.

AD QVINTVM dicendum, quod in qualibet hypostasi diuina est id quod absolute dicitur, quod ad essentialiam pertinet: & hoc secundum modūm intelligentiā prius est eo quod ad aliquid dicitur in diuinis. Id tamen quod absolute dicitur eum sit communis, ad hypostatum distinctionēi non pertinet. Unde non sequitur quod prius sit intelligere hypostatum distinctionēam quam relationem eius.

AD SEXTVM dicendum, quod in rebus inferioribus hypostases per essentiam distinguuntur. Et ideo proprietates que essentiam cōsequuntur, non possunt esse distinctionis principiū: sed magis distinctionis signum, hypostases autem diuina nullo modo distinguuntur secundum essentiam: vnde oportet q̄ proprietates sint principium distinctionis in eis.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ de ratione hypostasis duo necesse est esse. Quorum primum est, q̄ sit per se subsistens & in se induita: sicut est q̄ sit distincta ab alijs hypostatis eiusdem naturae. Si tamen continget in eadem natura alias hypostases non esse, nihilominus hypostasis erit: sicut Adam, quando non erant alijs hypostases in humana natura. Seper ergo necessariū est intelligere hypostatum generantem ante generationē, quantum ad id quod hypostasis subsistit in se una existens, non tñ in quantum est ab alijs hypostatis eiusdem naturae distincta: si per solā huius generationem alijs hypostases eiusdem naturae originentur: sicut Adā non fuit distinctus ab alijs hypostatis eiusdem naturae priusquam mulier ex eius costa formaretur, & eius filii ab eo propagaretur. In diuinis autem non multiplicatur hypostases: nisi per processionem aliarum personarū ab una, prius ergo est intelligere hypostatum patris, in quantum est subsistens, q̄ generationē: non tñ in quantum est distincta ab alijs hypostatis eiusdem naturae, q̄ non procedunt nisi hac generatione supposita. Relationes autem in diuinis & si constituant hypostases, & sic faciant eas subsistentes, hoc tamen faciat in quantum sunt essentia diuina. Relatio n. in quantum est relatio, non habet quod subsistat vel subsistere faciat: hoc enim solius substantiae est. Distinguunt vero relations in quantum relations sunt, sic enim oppositionem habēt. Relinquitur ergo q̄ ipsa paternitatis relatio in quantum est constituenta hypostatum patris, quod habet in quantum est idem substantia diuina, praetelligatur generationi: secundum vero quod distinguit, sic generatio paternitatis prætelligitur. Ex parte vero filii, nulla remanet difficultas: nam nativitas secundum intellectum præcedit hypostatum natī, cum intelligatur ut via ad ipsam: est enim generatio via in substantiam.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ sicut iam dictū est, relatio in diuinis non solum est relatio: sed est sicut ip-

samet diuina substantia. Et ideo potest constituer aliquid subsistens, & non sicut aliquid relatum. AD NONVM dicendum, q̄ relatio, ut dictū est, distinguuit in quantum est relatio: constituit autem hoc postulat in quantum est diuina essentia, & utrumque facit in quantum est diuina essentia & relatio.

AD X. dicendum, q̄ abstractum & concretum in diuinis non differunt sicut rem, cum in Deo non sit accidens neque materia: sed solum sicut modū significandi. Ex quo modo procedit q̄ intelligimus diuinitatem ut constituentem Deum, & Deum habentem deitatem: & similiter est de paternitate & patre. Nam licet sint idem secundum rem, difficiuntur tamen secundum modū significandi.

AD XI. dicendum, q̄ licet in diuinis conveniente secundum rem sit in sola vnitate essentia: tamen cōtinientia secundum rationem attendit in diuinis personis in hoc ipso, qd est essentia supponi. Quod quidem communitas significatur in omnibz. essentialibus concretis, quā importat suppositionem in communī: sicut Deus est habēs diuinitatem: hec ergo ipsum quod est esse suppositū diuina nature, commune est tribus personis communitate rationis, licet tres personae non sint unū suppositū, sed tria: sicut Sortes & Plato sunt duo homines, & est esse hominem sit eis commune secundum rationem. Differentia autem queritur non solum in illis, in quibus est aliquid commune secundum rem, sed in quibus est aliquid commune secundum rationem.

AD XII. dicendum, q̄ relatio presupponit distinctionem aliorum generū, vtpore substantiae & quantitatis, quandoq; etiam actionis & passionis: & distinctionem quā est sicut ad aliquid, relatio non supponit: sed facit. Sicut relatio dupli, presupponit ueritatem magni & parui: hanc autem differentiationē quā est secundum duplex & dimidium, non praesupponit: sed facit. In diuinis autem non est alia distinctione, nisi secundum relationem.

AD XIII. dicendum, quod origine dicit Ricardo distinguiri personas, in quantum distinguuntur per relationes originis.

AD XIV. dicendum, quod Aug. pro eodem accepit genuisse filium, & esse patrem. Et ideo vltro quandoque origine pro relatione.

AD XV. dicendum, q̄ relatio similitudinis & equalitatis non possunt distinctionem personarū causare: sed magis ipsam presupponit. Est autem similitudo rerum differentialium eadem qualitas, & similiter equalitas est rerum distinctarum eadem qualitas. Et sic pater, quod distinctione suppositionis presupponitur, & similitudini, & equalitati.

ARTICVLVS. LIII.

Vtrum remota relatione secundum intellectum remaneat hypostasis in diuinis.

QVARTO. queritur vtrum remota relatione secundum intellectum, remaneat hypostasis in diuinis. Et uidetur quod sic. Ea enim quā sunt creaturis, sunt exempla ab his quā sunt in Deo: sicut in humanis remotis relationibus & proprietatibus hypostasis, adhuc remanent hypostases, ergo & similiter in diuinis.

¶ Prat. Pater non habet ab eodem quod sit quis, & quod sit pater: cum ēt filius sit quis, & non sit pater, Remoto ergo a patre q̄ sit pater, remanet sit quis.

Ar. præced.

fit quis: est autem quis in quantum est hypostasis. remota ergo paternitate per intellectum, adhuc remanet hypostasis patris.

¶ 3 Præt. Cū quilibet res intelligatur per suam definitionē, potest vnaqueq; res intelligi remoto eo quod in eius definitione non ponitur: sed relatio non ponitur in definitione hypostasis. ergo remota relatione adhuc intelligitur hypostasis.

¶ 4 Præt. Iudei & Gentiles intelligent in Deo hypostasis, intelligunt. n. Deum esse rem quendam per se substantiem: nec tamen intelligunt in eo parentitatem & filiationem & huiusmodi relations. ergo remotis huiusmodi relationibus per intellectum, remanent adhuc hypostases in divinis.

¶ 5 Præt. Omne quod ē habet ex additione, remota additione remanet id cui fit additio, sicut homo addit supra animal, rationale, est. n. homo animal rationale, vnde remoto rationali remanet animal: sed persona addit proprietatem suprahypostasiū: est. n. persona hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinent. ergo remota proprietate a persona secundum, intellectum remanet hypostasis.

¶ 6 Præt. Aug. dicit in lib. de Trin. q̄ verbum est sapientia genita sapientia uero hypostasis supponit, genitum autem proprietatem. Remoto ergo à verbo quod sit genitum, remanet hypostasis verbi, & eadem ratione in aliis personis.

¶ 7 Præt. Remota parentitatem & filiatione secundū intellectum, adhuc remanet in divinis, qui ab alio, & a quo alius: hæc autem hypostases designat. ergo remotis relationibus adhuc remanent hypostases in divinis:

¶ 8 Præt. Remota differentia cōstitutiua, adhuc remanet genus: sed proprietates personales cum cōstituant personas, sunt in divinis sicut differentiae cōstitutiue. ergo remotis proprietatis, remanet genus persona, quod est hypostasis.

¶ 9 Præt. Aug. dicit q̄ remoto hoc, quod est pater, adhuc remanet ingenitus: sed ingenitus est quædam proprietates cuius suppositum esse non potest, nisi hypostasis. ergo remota parentitatem, adhuc remanet hypostasis patris.

¶ 10 Præt. Sicut relations sunt proprietates hypostasiū, ita attributa sunt proprietates essentia: sed remoto p̄ intellectū attributo essentiali, adhuc remanet intellectus diuinæ substatiæ. Boet. n. dicit in lib. de Hebdom. q̄ remora bonitate a Deo p̄ intellecū, adhuc remanet q̄ sit Deo, ergo similiter remotis relationib. adhuc remanent hypostases in divinis.

¶ 11 Præt. Secundum Boet. propriū est intellectus, coniuncta secundum naturam diuidere, proprietas autem & hypostasis sunt realiter cōiuncta in Deo.

ergo intellectus potest ea ab inuicem separare.

¶ 12 Præt. Remoto eo qd̄ est in aliquo, p̄t intelligi id in quo est, sicut remoto accidente p̄t intelligi substantium: sed relations ponuntur in diuinis by postasiis esse. ergo remotis relationibus secundū intellectum, adhuc remanent hypostases.

SED CONTRA, in diuinis distinctione non p̄t esse

nisi secundum relations: sed hypostasis dicit aliqd̄ distinctionum. ergo remotis relationib. nō remanet hypostasis. Cum n. in diuinis non ponantur nisi duo modi p̄dicandi, scilicet secundum substantiam &

ad aliiquid, remotis relationibus non remanent nisi

ea quæ ponuntur secundum substantiam: hæc autē

sunt quæ pertinent ad essentiam, & sic non remanent hypostases distinctæ.

A RESON. Dicendū, q̄ sicut supra dictū est, quidā posuerunt hypostases in diuinis nō cōstitutū, nec distinguunt relationibus, sed p̄ solā originē. Relationes aut̄ dicebant consequi ipsam originē personarum, sicut originis terminos, quibus complemētū originis designatur: & sic ad quandā dignitatem pertinent. Vnde cū persona videatur esse nomen dignitatis, intellectus hīmōi relationibus, supra hypostases dicebant cōstituti personas. Et sic hīmōi relationes dicebant esse constitutiā personarum, sed nō hypostatum. Et pro tanto apud quosdam hīmōi relationes personalitatis dicuntur, & ideo sicut apud nos remotis ab aliquo homine his, quæ ad dignitatem pertinent, quæ faciunt eum esse personam, remanent eius hypostasis: ita in diuinis remotis per intellectum hīmōi relationibus personalibus a personis, dicunt q̄ remanebant hypostases, non tñ personæ. Sed quia iam supra ostēnum est, q̄ relationes p̄dictæ & hypostases cōstituunt & distinguunt: ideo secundum alios dicendum est, quod remotis per intellectum huiusmodi relationibus, sicut non remanent personæ, ita non remanent hypostases. Remoto enim eo quod est cōstitutiū alicuius, nō potest remanere id quod per ipsum constituitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in hominibus hypostases non constituantur, neque per relations, neque per proprietates: sicut constituuntur in diuinis, ut ostēnum est. & ideo non est simile.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ pater ab eodē habet q̄ sit quis, & q̄ sit pater: ab eodē in qua fī rem & non fī rōnem, sed differētē rōnem, vel sicut differt generale a speciali, vel commune a proprio. Sicut

pater q̄ homo ab eadem forma substanciali habet. D. 65. q̄ sit animal, & quod sit homo: nō enim sunt vnius rei plures formæ substanciales fī rem diuersæ, & tñ ab anima in quantum est anima sensibilis, tantum habet q̄ sit animal: in quantum vero est anima sensibilis & rationalis, habet ab ea quod sit homo. Et p̄pter hoc & equus est animal, sed non est homo: q̄a non habet animam sensibilem cādem numero, quam habet homo: & pro tanto etiā non est idē animal numero. Similiter dico in proposito quod

pater habet quod sit quis, & quod sit pater a relatione, sed quod si quis, habet a relatione communiter sumptu: quod autem sit hic quis, habet ab hac relatione, quæ est parentitas: & p̄pter hoc ēt filius in quo est relatio, sed non hæc relatio quæ est parentitas, est quis, sed non est hic quis qui est pater.

AD TERTIUM dicendum, quod aliquid in relatione alicuius potest poni dupliciter. s̄ explicite sive in actu, & implicite sive in potentia. In rōne enim animalis non ponitur anima rationalis explicite & in actu, quia sive omne animal haberet animam rōnalem: sed implicite & in potentia, quia animal est substantia animata sensibilis. Sicut aut̄ sub anima in potentia continetur anima rationalis, ita sub animato, rōnale: & ideo qđ definitio animalis actu attribuit homini, oportet quod rōnale sit de definitione animalis explicite fī quod animal est idē homini. Et similiter est in proposito, hypostasis enim communiter sumptu est substantia distincta: vnde cū in diuinis non possit esse distinctione, nisi per relationem, cū dico hypostasiū diuinam, oportet quod intelligatur relatione distincta. Et ita relatio, quamvis non cadat in definitione hypostasis quod est homo: cadat tamen in definitione hypostasiū diuinā.

AD QUARTVM dicendū, quod Iudæi & gentiles nō intelligunt

QVAEST. IX. DE PERSONIS DIVINIS, ART. I.

intelligit essentiam distinctam, nisi ab his quae sunt alterius naturae. Quae quidem distinctio fit per ipsam diuinam essentiam. Sed apud nos hypostasis intelligitur, ut distincta ab eo quod est eiudem naturae, a quo non potest distingui, nisi per relationem tantum. & ideo ratio non procedit.

AD QUINTUM dicendum, qd alius est modus quo definitur accidentia, & quo definitur substantiae: substantiae enim non definitur per aliquid, quod sit extra essentiam eorum. Vnde id quod primo ponitur in definitione substantiae, est genus quod prae dicatur in eo quod quid de definito. Accidens vero definitur per aliquid quod est extra essentiam eius scilicet, per subiectum, a quo in suum esse dependet. Vnde id quod ponitur in definitione eius, loco generis est subiectum: sicut cum dicitur, simum est nucleus curuus. Sicut ergo in definitionibus substantiarum, remotis differentijs remanet genitusa in definitione accidentium remoto accidente, quod ponitur loco differentiae, remanet subiectum: aliter tamen & aliter. Remota enim differentia remanet genus, sed non idem numero: remoto enim rationali, non remanet idem numero animal, quod est animal rationale: sed remoto eo qd ponitur loco differentiae, in definitione accidentium, remanet idem subiectum numero: remoto n. curuo vel concauo, remanet idem nucleus numero. Et hoc est, quia accidens non compleat essentiam subiecti: sicut a differentia compleat essentiam generis. Cum ergo dicitur, persona est by postas proprietate distincta ad dignitatem pertinente, non ponitur hypostasis in definitione persona ut subiectum, sed vt genus. Vnde remota proprietate ad dignitatem pertinente, non remanet hypostasis eadem, in numero vel specie: sed solum secundum genus prout salvatur in substantiis non rationalibus.

AD SEXTUM dicendum, quod cum dicitur, verbum est sapientia genita, sly sapientia, supponit pro hypostasi: non tamen significat hypostas. Et ideo in significatione eius, non clauditur proprietas: sed oportet quod addatur: sicut si dicamus, quod Deus est filius genitus.

AD SEPTIMUM dicendum, qd qui ab alio & a quo aliis, non differunt a paternitate & a filiatione, nisi sicut communia a proprio: quia filius significat eum qui est ab alio per generationem, & pater significat eum a quo aliis per generationem: nisi forte dicamus qd a quo aliis, & qui ab alio, importent originem & pater & filius relationes originis consequentes. Sed ex supradictis, iam pater, quod per origines non confluuntur hypostases: sed per relationes.

AD OCTAVUM dicendum, quod remota differentia constitutiva, remanet genus in communione, non in eodem secundum speciem vel numerum.

AD NONUM dicendum, qd intentio Aug. non fuit dicere, qd Deus pater remaneat ingenitus, remota paternitate: nisi forte putemus, quod ingenitus, tunc importaret conditionem naturae, & non proprietatem personae. Fuit autem eius intentio ostendere, qd remota paternitate, potest remanere ingenitum in communione. Non enim oportet, qd quicquid est ingenitum, sit pater.

AD XI. dicendum, qd licet intellectus possit aliqua coniuncta dividere: non tamen oia. Non enim potest dividere illa quorum unum est de ratione alterius:

F non, n. potest dividere animal ab homine: proprieatis aut est de ratione hypostasis. & ideo ratio non regit.

AD XII. vltimum dicendum, qd remoto eo quod est in aliquo sicut in subiecto, vel sicut in loco, remanet id in quo est: non autem remoto eo quod est in aliquo, sicut pars essentiae eius. Non enim remota rationali, remanet homo: & similiter nec remata proprietate, remaneth hypostasis.

QV A E S T I O N E I X.

De personis diuinis.

Et habet articulos novem.

- ¶ Primo enim queritur quomodo se habet persona ad diuinam ad essentiam, substantiam, & hypostas.
- ¶ Secundum, Quid est persona.
- ¶ Tertium, Vtrum in Deo possit esse persona.
- ¶ Quartum, Vtrum hoc nomen persona, in diuinis significet aliquid relatum, vel absolutum.
- ¶ Quintum, Vtrum numerus personarum sit in diuinis.
- ¶ Sextum, Vtrum nomen persona conuenienter possit pluraliter praedicari in diuinis.
- ¶ Septimum, Quomodo termini numerales possent in diuinis, vtrum, t. posse vel remotius tamquam.
- ¶ Octauum, Vtrum in Deo sit aliqua diversitas.
- ¶ Nonum, Vtrum in diuinis sint tres personae tantum, an plures, vel pauciores.

ARTICULUS PRIMUS.

Q V A E S T I O N E I est de personis diuinis. Et primus queritur, quomodo se habeat persona ad diuinam ad essentiam, substantiam, & hypostas. Et videamus omnino sint idem. Dicit enim Aug. in 7. de Trinitate, idem intelligenti Graeci cum confitentur in Deo trinitate, & Latini cum confitentur tres personae. ergo hypostases & persona significat idem. Sed dicendum, qd persona differt ab hypostasi in hoc, qd hypostasis significat individuum cuiuscumque naturae in genere substantiae, persona vero solum in individuum rationalis naturae.

¶ 2. Sed contra est, qd Boet. dicit in lib. de duabus naturis, qd Graeci videntur hoc nomine hypostasis solum pro individuo rationalis naturae. Si ergo persona significat individuum rationalis naturae, omnino sunt idem hypostasis & persona.

¶ 3. Pr. Nomina imponuntur a rationibus suis, quas significant: sed eadem ratio individuationis est in his qd sunt rationales naturae, & in aliis substantiis, ergo individuum rationales naturae non debet hinc speciale nominem praedictis individuis in genere substantiae, ut per hoc sit differentia inter hypostasim & personam.

¶ 4. Pr. Nomen substantiae a substantio sumitur nihil aut substantia nisi individua in genere substantiae, in quib. sunt & accidentia, & secunde substantiae, que sunt genera & species, ut dicit in predicatione. Solum ergo individuum in genere substantiae sunt substantiae, solum individuum autem in genere substantiae est hypostasis vel persona. ergo idem est substantia quod hypostasis & persona. Sed dicendum, qd genera & species in genere substantiae substantia, eo qd eorum est subsistere, ut Boet. dicit in lib. de duabus naturis.

¶ 5. Sed contra, Subsistere nihil aliud est qd per se subsistere. Quod ergo existit solum in aliis, sunt n. solum in primis substantiis, quibus inter se impossibile est aliud, quid aliorum remanere, ut dicitur in predicatione. Non est ergo substantia generum & specierum, solum individuum in genere substantiae, & sic remanere, quod substantia sit idem quod hypostasis.

¶ 6. Pr. Boet. dicit in commentario predicatione, qd